

ram septim[am diei mulieribus] et ab hora octava | (21) in horam secundam noctis viris arbitrato proc.¹⁶ qui metallis praeerit. Aquam in [balineum¹⁷ usque ad] summam ranam¹⁸ hypo|-(22)caustis et in labrum tam¹⁹ mulieribus quam viris profluentem recte praestare debeto. Conductor a viris sing. | (23) aeris semisses et a mulieribus singulis aeris asses exigito. Excipiuntur liberti et servi [Caes. qui proc.] in offi[c]is²⁰ erunt vel | (24) commoda percipient, item inpuberes et milites. Conductor socius actorve eius [instrumentum balinei et e]a²¹ omnia quae | (25) ei adsignata erunt integra conductione peracta reddere debeto nisi siqua vetustate c[orrupta erunt.] Aena quibus | (26) utetur lavare tergere unguereque²² adipe e recenti tricensima quaque die recte debeto. [Si vis maior damnumve fatale²³ impedi]- (27)erit, quo minus lavare recte possit, eius temporis pro rata pensionem conductor reputare debe[to. Praeter] haec et siquid | (28) aliud eiusdem balinei exercendi causa fecerit reputare nihil debebit. Conductor ve[ndere ligna] nisi ex recisamini|-(29)bus ramorum quae ostili²⁴ idonea non erunt ne liceto. Si adversus hoc quid fecerit, in singul[as vehes HS] centenos n. fisco d. d. | (30) Si id balineum recte praebitum non erit, tum²⁵ proc. metallorum multam conductori quo[ti]ens recte praebitum non erit usque | (31) ad HS CC dicere liceto. Lignum conductor repositum omni tempore habeto, quod diebus [satis sit]. |

(32) Sutrini. Qui calciamentorum quid loramentorumve, quae sutores tractare so[lent, fecerit clavomve cali]ga|-(33)rem fixerit venditaveritve sive quid aliud, quod sutores vendere debent, vendidis[se intra fines convictus erit, is] | (34) conductori socio actorive eius duplum d. d. Conductor clavom ex lege ferrariar[um vendito. Conductor soci]o | (35) actorive eius pignus capere liceto. Reficere calciamenta nulli licebit nisi cu[m sua dominive quis curaverit refece]rit|-(36)ve. Conductor omne genus calciamentorum praestare debeto: ni ita fecer[it unicuique ubi volet emendi] ius | (37) esto.

Tonstrini. Conductor frui debeto ita, ne alius in v[ico metalli Vipascensis inve] | (38) territoris eius tonstrinum quaestus causa faciat. Qui ita tonstrinum fecerit, in sin[gulos ferramentorum usus X . .] | (39) conductori socio actorive eius d. d. et ea ferramenta commissa conductori sunt. [Excipiuntur servi] qui | (40) dominos aut conservos suos curaverint²⁶. Circitoribus, quos conductor [non miserit, tondendi ius ne es]to. Con|-(41)ductor socio actorive eius pignoris captio esto. Qui pignus